



1731 445  
121 18

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**SPOLIO**

QVAM

*PRAESIDE*

**AVGVSTINO LEYSERO**

IN AVLA REGIS POLON. CONSILIARIO  
IN ACADEMIA VITEBERGENSI ORDINARIO  
CONSIST. ECCLES. DIRECT. CVRIAE  
PROVINC. ET SCABINAT. ASSESSORE  
PRIMARIO

PATRONO ATQVE STUDIORVM PROMOTORE  
AETATEM COLENDO

AD DIEM *IVLII* M DCC XXXI.  
TVEBITVR

*RESPONDENS*

**PAVLVS GVILIELMVS WEIDLICHIVS**  
ROCHL. MISN.

---

*WITTENBERGAE*

EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESII.

442

DISERTATIO IURIDICA  
DE  
STOLIO

AVAM  
PRESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

IN ACADEMIA VITBERGENSI ORDINARIO  
IN ACADÉMIA VITBERGENSI ORDINARIO  
CONSIST. ECCLES. DIRECT. CVRIAE

PATRONO ACADEMIAE STUDIORVM PROMOTORE  
AT. LAT. COLON. 1771

AD PUBL. LIBR. M. DC. CXXI

PAVLVS GVLIELMVS WEIDLICHIVS

EX OFFICINA IOHANNIS CHRISTIANI GERDESII  
HITTENBERGAE





CAPVT I.  
DE  
SPOLIO IN GENERE.

## I.

*Significatio vocis spolii investigatur, & definitio  
adfertur.*



**D**E spolio accuratius paulo, quam alii ante me fecerunt, acturus ante omnia de significatione vocis spolii sollicitus sum. Et primum quidem eam investigabo, quae in bonis auctoribus Latinis reperitur. *Servius in Comment. in Virgil.* spolium esse ait, quidquid hostibus detrahitur. Et est hoc quidem sine dubio spolium, sed non unice. *Re-tius & ex mente veterum auctorum spolium definiisset Servius rem mobilem, quae alteri, etiamsi hostis non*  
A fit,

fit, vi aufertur. Sic *Cicero pro Sex Roscio*, spoliatorum causa hominem occidere, *pro Cornelio*, spolia de foederatis, non de hostibus, trahere, *lib. 3. Officiorum*, aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augere, dixit. Nec hominibus saltem auferuntur spolia, verum animalibus quoque. Ita *Lucretius lib. 5.* ferarum spolia, *lib. 4.* serpentum spolia, *Ovidius lib. 3. Metamorph.* leonis spolium, & *lib. 4.* memorabile spolium monstri viperei commemorant. Quin vox haec nonnunquam ad res inanimatas trahitur. *Cicero pro Milone*, cadaver imaginibus spoliare, *Lucanus lib. 3.* templa tristi rapina spoliare, *Virgilius lib. 5. Aeneid.* aras spoliare, & *Lucanus lib. 3.* sylvas robore spoliare dicunt. Verum ab hac significatione, priscis auctoribus usitata, recedunt paululum iurium, imprimis canonici, auctores & commentatores, atque vocem spoli non de re saltem, quae aufertur, sed frequentius de ipso actu spoliationis usurpant, & ad res quaslibet, immobiles quoque & incorporales, extendunt. Quod si itaque ex usu Ictis familiari designandum est spolium, appellabis id actum illicitum, quo possessio aliena sive rei mobilis, sive immobilis, sive iuris, quocumque modo intervertitur.

## II.

**S**polium committi potest, quamvis possessor non eiiciatur, sed res eidem relinquatur.

## III.

**A**dprensio compoessionis spolium est.

## IV.

**I**ntroductio simultanei religionis exercitii in templa a diversae religionis hominibus solum possessa spolium est.

Spo-

**S**polium, ut dixi, est interversio possessionis alienae. Poterit tamen contingere, ut quis in possessione quidem relinqui videatur, nec vim ullam externam patiatur, atque tamen spoliatur. Accidit hoc, quando quis compossessionem rei, ab alio iam ante possessae, apprehendit. Meretur hoc iuris caput, ut paulo accuratius tractetur, quum viros etiam celebres hic falli subinde animadvertamus. Ipse praeses meus, se olim hac in parte lapsum esse, ingenue mihi fassus est. Rem totam, quemadmodum ex ipso accepi, narrabo. Contigit nempe illi, quum iuvenis esset, atque iurisprudentiam vix primis labris degustasset, ut agnatus quidam eius sine prole moreretur, atque praedium feudale relinqueret. Successio ipsi ex lege debebatur. Sed erat alius, qui defunctum aequali sanguinis vinculo attingebat. Eum ille lubens secum admisisset. Hic vero praeter omnem expectationem praedium ingreditur, occupat, atque colonum iureiurando sibi obstringit. Adit eum praeses, causasque, ob quas se excludat, requirit. Praetexit alter varias, sed spem facit ineundae transactionis. Quam spem praeses diutissime sequutus animadvertit tandem, illam inanem esse, atque ius suum serio persequi constituit. Venit ad caussidicum celebrem & honoribus ornatum, consiliumque expetit. Svadet is ei, ut in compossessionem eat. Praeses optime sibi consultum ratus intrat praedium, adducit homines, hosque cum colono adversarii sui simul habitare iuber. Sed nunc rectius edoctus agnoscit, se spolium commississe, atque per hanc compossessionem non solum antiquiorem adversarii sui possessionem turbasse, sed & illum plane de ea deiecisse. Nam possessionem fundi apprehensurus, etsi non omnes glebas circumambulet, si par-

tem saltem ingreditur ea mente & cogitatione, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere, re ipsa etiam totum possidere incipit, *L. 3. §. 1. de acquir. vel amit. poss.* Igitur, qui in compossessionem it, ea parte, quam possidere vult, antiquum possessorem spoliat, inciditque in poenam *L. 13. quod merus caussa* statutam. Recte *Bergerus Lib. 1. responso 300. n. 7. Composseffio*, ait, *quae a nonnullis statuitur, non conuenit analogiae iuris, neque aliter sustineri potest, quam si implorato officio iudicis obuenta sit.* Ex hac ratione itaque *Praeses in Spec. XXIII. de Iure principis in res sacras & ecclesiasticas superfluas vel vacuas med. 3. 4. 5.* introductionem simultanei religionis exercitii in templum a diversae religionis hominibus possessum, si non violentam deiectionem, saltem turbationem prioris possessionis esse, atque adeo cum legibus pugnare, docuit. Quae quum ita sint, rectius *ICti Helmstadienses* mense maio anni *MDCCXX.* disuaserunt coheredi, ne in compossessionem privata autoritate iret. Hat der Procurator *Köhne* am 20. Aug. 1714. im Nahmen *Franz Daniel Bergens* und seiner Frauen ein testamentum reciprocum, worinnen *Franz Heinrich Kolbe* zum einigem Erben eingesetzt, und die andere Verwandte ausgeschlossen worden, gerichtlich übergeben. Entstehet demnach die Frage, ob des Testatoris Bruder, *Conrad Berge*, den Verstorbene mit beerben, und propria autoritate sich in die composseffs der Güter unter Beyhülffe Notarien und Zeugen setzen, oder jeso blos hereditatis petitionem anstellen müsse. Nun ist zwar jederzeit vor einem, welcher Anspruch an einer Erbschafft machet, besser, daß er statt der weitaufstizgen und verdriesslichen hereditatis petition sich zuforderst mit in den Besitz der erbschafflichen Güter zu setzen suche. Dieweil aber dennoch der in dem vermeintem Testamente benannte

nennte



nennte Erbe einmahl den Besitz der ganzen Erbschafft ergriffen, und also vor den einigen Besitzer zu achten ist, folglich aus solcher Possession privata auctoritate nicht gesezet werden kan, sondern vermittelst angestellter Klage, und durch obrigkeitliche Hülffe zu Abtretung des einem andern zustehenden Erbtheils angehalten werden muß, *L. 1. C. Quorum bonorum*, diessennach die eigenmächtige Ergreifung der Compossesss vor nichts anders, als eine deiectio violenta pro parte und vor ein spolium, zu achten ist; So können wir Conrad Bergen nicht rathe, daß er sich eigenmächtig vermittelst Notarien und Zeugen in die Compossession der vor seinem Bruder verlassenen Erbschafft setze, sondern halten vor besser, daß er hereditatis petitionem wider den Besitzer gedachter Erbschafft anstelle. Si quis tamen argumenta, quibus adprehensio compossessionis defendi queat, videre cupit, is scripta legere potest, quae Carolus, Danicus princeps, anno 1706. pro compossessione episcopatus Lubecensis tuenda edidit apud Fabrum in der Staats- & Cansley P. 10. cap. 14.

## V.

*Spolium etiam in personam committitur.*

Iam tum Ulpianus in *L. 1. §. pen. de Vi & vi armata* interdictum unde vi ei etiam tribuit, qui non deiectus de possessione est, sed vincus in ipsa possessione retinetur. Et in famoso *can. Redintegranda 3. caus. 3. quaest. 1.* captivitas quoque memoratur. Quapropter recte statuimus, spolium etiam capiendo personam committi posse. Exemplum infra in *cap. III. de Exceptione spoliij observat.* 2. memorabo, & responso ICTorum Vitembergensium illustrabo.

## VI.

**S**poliator, *quamvis spoliū amplius non possideat, adhuc tamen de spolio tenetur.*

## VII.

**S**poliati heredes recte de spolio queruntur.

## VIII.

**H**i, qui iubente magistratu suo spoliarunt, spoliatores non sunt.

## IX.

**T**unc tamen *§ pro spoliatoribus habentur, quando iussum illum falsis precibus obtinuerunt.*

**A**it *Mevius P. 5. dec. 92.* ex can. redintegranda non esse, nisi contra eum, qui rem detinet, actionem, non contra eum, qui possidere desierit. Sed quum remedium ex can. redintegranda, quod actionem spoliū appellamus, ideo noviter excogitatum sit, ut, si quid veteri interdicto unde vi deerat, suppleat, eoque pingvius sit, contra rationem est, aliquid detrahi de his, quae interdicto unde vi iam ante inerant. Interdictum vero unde vi datur adversus eum, qui vi alium deiecit, etsi ipse amplius non possideat, & sive dolo malo, sive culpa aut etiam sine culpa, possidere desierit, *L. 1. §. 34. 35. 36. L. 15. L. 19. de Vi & vi arm.* Consentit mecum *Zieglerus ad can. Redintegranda c. 4. §. 6.* Ex eodem fundamento porro sequitur, actionem spoliū etiam spoliati heredibus dari, *L. 1. §. 44. de Vi & vi arm.* Denique si quis iussu magistratus spoliavit, contra hunc actio spoliū non datur, *L. 11. de Acquir. vel amit. poss. L. 167. §. 1. de Reg. iuris L. 5. de Vi & vi arm.*

*arm.* Secundum haec, quae dixi, Icti Helmstadienses mense septemb. anni 1610 CCXVI. iudicarunt ex his rationibus: Es wollen so wohl Klägere als Beklagte die rationem decidendi des letzt gegebenen Bescheides, worinnen die actio spolii aberkannt worden, theils darinnen, daß die Beklagte den streitigen Garten zur Zeit der Krieges: Befestigung nicht mehr im Besitz gehabt, also actione spolii nicht belanget werden können, theils darinnen, daß der Klägere Vater solchen Besitz bereits 2. Jahr vor seinem Tode verlohren gehabt, demnach besagte Action auff seine Erben nicht transmittiren mögen, sehen. Allein unserer Meynung nach ist keines von diesen beyden die eigentliche Ursach des wider die Kläger ausgefallenen Bescheides. Denn, was die erste betrifft, so muß actio spolii, wenn man sie gleich nicht tanquam personalem ex delicto descendentem, sondern tanquam realem ansehen wolte, dennoch ex analogia iuris wider den spoliantem, der das spolium veräußert, also zu besitzen dolose auffgehret hat, und in den Rechten pro fido possessore geachtet wird, statt haben. Die zweyte vermeintliche ratio decidendi ist noch weniger erheblich, in dem der Klägere Erblasser, wenn er wahrhafftig spoliiret worden, zwar die possession des weggenommenen Gartens nicht auff seine Erben bringen können, wohl aber actionem spolii, wie denn in Rechten nicht ungewöhnlich ist, daß die Sache selbst nicht auff die Erben kommt, sondern nur die daraus fließende action, dergleichen Exempel in tutela, mandato, societate, vorkommen. Sondern die eigentliche rationem decidendi geben der Klägere eigene Zeugen an die Hand, welche aussagen, daß ex auctoritate des Ambrmann Reichhelms der Garten an den von Hückeborn veräußert, und der Gemeinde von dem Amte bey Straffe anbefohlen worden, das Heu aus dem Garten wegzutragen. Dieses zeigt

zeigt sattsam den Ungrund der angestellten Spolien = Klage, indem die Gemeinde darinnen, was sie mit Genehmhaltung ja auf Befehl ihres Amtmannes gethan und thun müssen, kein delictum oder spolium begehen können. Sed tamen ultima thesis exceptionem tunc patitur, quando iustus ille falsis precibus est obtentus. Istiusmodi enim rescriptum vel mandatum spoliantem ab actione spoli non liberat, *L. 6. pr. C. Unde vi.* Et sic ICti Helmstadienses mensē ianuario anni 1515 CC XXV. responderunt: Ob wohl der Amtmann die Pfändung nicht eigenmächtig, sondern auf eingehohltten Befehl der die hohe Landes = Herrschafft vorstellenden Chur = Fürstl. Cammer vorgenommen; Alldieweil aber der Befehl der Chur = Fürstl. Cammer auf einseitige ungleiche Vorstellung des Amtmanns, ohne die Unterthanen dabey zu hören, ergangen, also erschlichen und ungültig ist, demnach Klägern nicht im Wege stehet; So ist die von Sempronio angestellte Spolien = Klage wohl gegründet.

## X.

*Spoliatus restituendus est, etsi spoliatus ius suum manifeste probet.*

**I**nterdictum unde vi & actionem spoli tunc cessare, quum is, qui vim passus fuit, manifestus praedo, atque causa eius, qui deiecit vel spoliavit, aperte iusta est, perhibent communiter Menochius *Remedio recup. 1. n. 123.* Strachusius in *Recitat. publ. ad L. 8. de Vi & vi arm.* Hoppius ad §. 6. 1. de *Interdictis* verb. *Licet is ab eo, in fine.* Sed haec sententia aperte pugnat cum *c. 5. X. de Restitut. spoliat.* quod praedonem etiam restitui iubet, cum §. 6. 1. de *Interdictis* & cum *L. 14. de Vi & vi arm.* Obiciunt quidem

quidem communiter *c. 6. X. de Caussa possessionis*, ubi, si de proprietate certo constat, possessionis caussa negligi iubetur, & *L. 8. pr. de Doli mali & metus exc.* ubi dolo facere dicitur, qui petat, quod redditurus est. Verum is, cui verus dominus rem abstulit, eam redditurus non est, quoniam dominus propter vim factam iure suo privatur *L. 7. C. Unde vi.* Nuper itaque multum risi, quum forsan in manus meas incideret libellus vetus Romae anno 1486. excusus, sic inscriptus: *Tractatus procuratoris, editus sub nomine diaboli, quando petiit iustitiam coram DEO. Et beata virgo Maria se opposuit contra ipsum & obtinuit. Nec non obmutuit pugna contra genus humanum.* Fingitur nempe iudicium, & in eo actor Ascaron diabolus, reus genus humanum, rei procurator virgo Maria, iudex Christus. Actionem hoc modo instituit Ascaron: *Notorium est, daemones, quorum nomine ago & procurator sum, fuisse in plena & pacifica possessione ab annis, quorum non est memoria in contrarium, tormentandi & cruciandi animas morientium. de conse. di. IV. firmissime. Nunc autem nullo ordine juris servato, contra l. i. C. de execu. rei judi. & II. q. VII. c. diffinitiva. sed pro ratione voluntatis contra. c. faciat homo. XXII. & ex abrupto spoliati sumus possessione praedicta. contra l. nullus. C. de judi. & C. unde vi l. meminerint. & si quis in tantam. & de resti. spo. c. in litteris: Quia igitur sapientis est, primo restitutionem petere, ut l. si qui destinavit. ff. de rei vendi. cum sit caussa privilegiata, de ordi. cogni. c. cum super. Primo peso restitui plene & libere ad possessionem praedictam, sicut prius: deinde procedatur in caussa: C. ad l. iuliam de vi l. i. & l. si quis a se fundum. de rei vendi. §. ordinarii de cau. pos. & proprie. c. II. Cum de ipsa spoliatione nimium doleamus. Dixit matri filius respiciens eam: responde: Mater*

B

autem

*autem turbata dixit filio: fili mi, attende: & noli ambages seductoris istius sic audire, & eas attendere, iuxta l. proxime & quae ibi no. ff. de his quae in testa. delen. Modo adverte fili: iste filius iniquitatis petit restitutionem fieri, quia spoliatus: mentitur tanquam mendax: iura, quae dicunt spoliatos esse restituendos, loquuntur in reo spoliato & non in actore. III. q. i. per totum & de ordi. cogni. c. cum dilectus. Sed ipse est actor. ff. de iudi. l. in tribus & de verbo sig. c. forus §. in omni. Vide, fili, quomodo pervertit iura: falsa allegando, sicut ipse falsus est. ff. de fal. l. fi. & quia primo falsum commisit. de peni. di. II. §. rationes. Secundo dicit advocata: iura, quae dicunt spoliatum primo restituendum, loquuntur in spoliato, qui possidebat bona fide & iusto titulo, non vi, non clam, non precario. X. q. III. cognovimus. de postu. c. bone. ff. de preca. l. II. de acquiren. possess. l. clam possidere. §. fi. Iste autem Asaron & sui socii nunquam potuerunt habere bonam fidem in re aliena possidenda: quia omnes sciunt, quod tu, fili, in sapientia formasti hominem ad imaginem & similitudinem tuam: de peni. di. II. §. romanos: ergo daemon possidere non potuit bona fide & iusto titulo rem alienam XXIV. q. II. c. si virgo. nec praescribere. Nulla enim dierum praescriptio iuvat malae fidei possessorem: de re iud. c. malae fidei possessor. li. VI. nec praescribitur, postquam quis se noverit aliena possidere de praescrip. c. vigilantia. Si forsitan quibusdam temporibus tormentaverint animas morientium daemones, hoc non fecerunt de iure suo, sed tanquam ostiarum inferni, & ex mandato tuo XXVI. q. V. nec mirum. Ipsi vero daemones nunquam possederunt animas defunctorum, sed tu tantum possidebas; cum ille possideat, cuius nomine possidetur, l. quod meo ff. de acqui. pos. & extra de praescrip. c. si diligenti. unde illa detentio animarum fuit potius facti quam iuris, ff. de acquiren. pos. l. i. sicut asinus*

*afinus possidet paleas ad mandatum domini. iuxta no. in l. quod servus. de acquiren. posses. Filius autem dixit: restitutionem tibi denego. Sed fatis est nugarum. Nemo non videt, virginem Mariam causam generis humani pessime tueri & falsis argumentis uti.*

## XI.

**R**estitutio spoli tunc cessat, quando bonum publicum restitutionem impedit.

**D**ixi in praecedente meditatione interdictum unde vi & actionem spolii ideo contra verum dominum, etsi ius eius liquidissimum sit, locum habere, quoniam is ob vim factam iure suo excidat. Quodsi ergo casus obveniat, in quo poena ista amissionis cessat, tunc actio spolii, si quidem spoliantis ius liquidum sit, recte excludetur, atque ad hunc casum *c. 6. X. de Causa possessionis* optime applicabitur. Exemplum hoc esto. Iodocus opus in viam publicam immissum habet, & ultra annum quietus tenet. Tandem civitas, cuius incolae ista via maxime utebantur, opus disturbat ac solo aequat. Iodocus actionem spolii instituit. Nec poterat vis facta negari. Sed constabat in continenti, opus destructum partem viae publicae occupasse & deteriorem reddidisse. Quare quum petitorium liquidissimum esset, nec publica utilitas pateretur, ut propter vim a civitate factam via interiret, ICI Helmstadienses mense iunio anni 1010 CC XV. actionem spolii repulerunt: *Dass Beklagte von der angestellten Klage zu entbinden, Kläger auch den Graben ferner hinauf zu werffen nicht berechtiget, im übrigem die beyderseits verursachte Unkosten gegen einander aufzuheben seynd. B. N. W. Rat.*

124

Rat. dec. Es hat Kläger actionem spoliū angestellet, und sich über die von Beklagten gewaltsamer Weise geschehene Zuwerffung seines Grabens beschweret. Beklagte können des facti selbst nicht in Abrede seyn, geben aber vor, daß sie dessen zur Erhaltung ihres Weges und Defension ihres Rechtes und possession wohl befugt gewesen. Weil nun caussa spoliū ganz unklar, so ist die Bischöfliche Regierung bewogen worden, zu besserer Entscheidung der Sache auf den Beweiß einiger in das petitorium lauffenden puncten zu interloquiren. Solchen Beweiß hat Kläger unternommen, aber es erhellet aus der Relation der Commisarien, daß die Gruffte, worinnen der Graben gemacht ist, ein Theil des ordentlichen Landweges sey, und daß besagter Graben dem Wege Nachtheil bringe, auch denselben gar unbrauchbar machen könne. Bey diesen Umständen liegt die caussa petitorii und die Gerechtfamkeit des beklagten Rathes am Tage, folglich haben wir nicht nöthig befunden, über der angestellten Spolien-Klage zu erkennen, sondern seynd, Beklagte völlig zu absolviren und Klägern das Recht einen Graben aufzuwerffen, abzuspochen, gleichwohl aber, da demselbem zu Anstellung der Spolien-Klage einige Ursach gegeben worden, die Unkosten zu compenfiren, bewogen worden.

XII.

*Spoliator est, qui spoliū ab aliis commissum ratum habet.*

XIII.

*Ratum vero habere dicitur, non qui verbis adprobat, sed qui lucrum exinde capit.*

Spo-



Spoliator quis esse potest, etsi nec ipse spoliarit, nec spoliationem iusserit, nec eam, dum fieret, sciverit. Ratihabitio quippe sufficit, *L. 1. §. 14. de Vi & de vi arm.* Adde *L. 152. §. 2. de Reg. iuris.* Inprimis vero huc pertinet *c. 15. X. de Restitutione spoliatorum*, verbis: *vel spoliationem factam saltem ratam habuerit.* At vero per ratihibitionem hic non simplicem adprobationem & adfensionem intelligo, quippe quae spoliato nocere nequit. Sed, ut Praeses in *Specimine CXIII. de Noxali actione coroll. 1.* ostendit, is demum ex delicto ab aliis commisso obligatur, qui non tam verbis, quam facto, ipso id ratum habet, lucrum videlicet ex eo capiendo. Potest ergo quis factum verbis improbare & detestari, atque tamen spoliator esse. Rem exemplo illustrabo. Tutori nomine pupillorum suorum domum vindicanti exceptio spoliū opponatur, quod homo quidam se in eam domum insinuasset, eiusque compossessionem pupillorum nomine adprehendisset. Replicabat tutor, neque se neque pupillos suos id iussisse probasseve, sed hominem a vitrico pupillorum missum fuisse. Verum fraus sat manifeste apparebat. Compossessor ille aperte, se pro pupillis possidere, prae se ferebat, atque per hoc pupillis solis prodesse volebat. Nec tutor eum exire iubebat. Igitur alieni facinoris munusculum non repudiabat. Quapropter ICti Helmstadiensis sic iudicantur mense aprili anni 1515 CC XVII. *Es seynd Beklagte, ehe und bevor Kläger der vorgeschützten exceptioni spoliū durch Ausschaffung des in das Haus gesetzten Keils abgeholfen, sich weiter in dieser Sache einzulassen nicht schuldig. B. N. W. Rat. dec. Es ist die exceptio spoliū zu erörtern, wieder welche Kläger vorschüzet, es sey das Spolium, wenn es ja wahrhafftig, nicht von seinen Unmündigen, sondern*

dem deren Vater, begangen worden, wannhero es das Ansehen gewinnt, ob hätte diese Exception gar übergangen werden sollen; Dennoch aber und dieweil Kläger sich nur hinter seiner unmündigen Vater, der jedoch nichts in seinem, sondern alles in seiner Kinder Namen thun muß, verstecken will, woraus denn eine augenscheinliche Maliz hervorleuchtet; So haben wir zusehenderst auf selbige Exception erkannt.

## CAPVT II.

DE

## ACTIONE SPOLII.

I.

*Actio spoliū melior est interdicto unde vi, quod & contra tertium possessorem & contra magistratum aliasque personas, quibus reverentia debetur, datur.*

**A**ctionem spoliū, quam ius canonicum introduxit, omnia quidem, quae vetus interdictum unde vi in se habebat, continere, sed tamen in quibusdam capitibus hoc interdicto meliorem esse, constat. Namque interdictum unde vi contra tertium possessorem non datur, *L. 7. de Vi & vi arm. bene vero actio spoliū, c. 13. X. de Restitutione spoliatorum.* Deinde interdicto unde vi adversus personas, quibus reverentia debetur, locus denegatur, *L. 7. §. 2. de Obsequiis parentibus, L. 1. §. 43. de Vi & vi armata,* datur vero actioni spoliū *c. 7. X. de Resti-*  
*utio-*

tutione spoliatorum, ubi clericus ab archiepiscopo suo sine iudicio spoliatus restitui iubetur. Ex quo recte colligunt *Gailius lib. 2. Observ. 76. Perez ad tit. C. unde vi num. 18. Ziegler ad can. redintegrandam cap. 3. §. II.* actionem spolii civi etiam contra magistratum suum via facti procedentem dari. Et sic ICti Helmstadienses mense ianuario anni ob I<sup>o</sup> CCXXV. responderunt: Haben Sempronius und Wolgastus ihren vorgesetzten Amtmann deshalb, daß er sie von ihren Meyer-Güthern wöchentlich 2. Tage, dem Erb-Register und ihrer bisherigen Possession zuwider, zu dienen zwingen wollen, auch zu diesem Ende ihr Vieh gepfändet, actione spolii, belanget. Entschet demnach die Frage, ob diese Spolien-Klage rechts befugter Massen angestellt worden, also der Amtmann das Vieh wieder heraus geben müsse. Nun wird zwar der Amtmann der Spolien-Klage unterschiedenes entgegen sehen, insonderheit, daß das interdictum unde vi und die mit demselbem übereinkommende Spolien-Klage gegen ihn als der Klägere Obrigkeit wegen des ihm schuldigen Respects keine statt finde. Es gewinnet diesemnach das Ansehen, ob habe die angestellte Spolien-Klage keine statt, und der Amtmann guten Tug, das abgepfändete Vieh innen zu behalten. Alldieweil aber die in den Canonischen Rechten und moribus gegründete actio spolii viel weiter, als das alte interdictum unde vi, gehet, auch viel größern favorem, als dasselbe hat, und so gar contra tertium possessorem statt findet, hiernächst eine Obrigkeit, welche ihre Unterthanen ohne rechtmäßige causae cognition und vorhergehenden Process aus der Possession setzet, pro privato geachtet wird, und nach ausdrücklicher Verordnung der Rechte actione spolii belanget werden kan; So ist die vom Sempronio und Wolgasto angestellte Spolien-Klage wohl gegründet, und

und der Ambtmann das gepfändete Vieh wieder heraus zu geben schuldig.

## II.

*Actio spoliū famosa non est.*

## III.

*Qui de spolio agit, circumstantias loci, temporis &c. in libello exprimere necessum non habet.*

**V**ox spoliū multis atrocior, atque, si non infamiam, saltem maculam existimationi eius, cui imputatur, inurere viderur. Igitur novi aliquos, qui propterea, quod spoliū iis in iudicio obiiceretur, actionem iniuriarum pararunt. Sed errant. Actio spoliū & interdictum unde vi, quæ fere conveniunt, non infamant, *L. 13. de Vi et vi armata.* Nam, ut *Martini in Processu tit. II. §. 5. n. 27.* ostendit, spoliū & vis etiam bona fide & sine dolo committi possunt, dum quis scilicet se legitime possidere & rem suam non tam auferre quam tueri credit. Ex quo porro consequitur, eum, qui de spolio agit, circumstantias loci, temporis &c. in libello impune omittere. Hæc enim saltem in accusationibus, *L. 3. pr. de Accusationibus*, in iniuriarum, *L. 7. pr. de Iniuriis* & aliis famosis actionibus desiderantur, in ceteris non item, ut plenius *Praeses in Specim. XXXVI. de Libello medit. 6.* docuit, & ante eum *Bergerus in Supplem. ad El. Disc. for. P. 2. pag. 237. & 426.* Et sic iudicarunt Icti Vitembergenses mense julio anni cl b CCIX. ex his rationibus: *Ob gleich beklagte Klägern fürnemlich exceptionem obscurei libelli, indem darinne keine eigentliche Zeit des begangenen Spolii ausgedrucket worden, entgegen setzen. Alsdie weil*

dieneil aber die Ausdrückung der Zeit nur in actionibus directe famolis, dergleichen aber actio spoliū nicht ist, erfordert, sonst aber impune ausgelassen wird; So haben wir, mit Uebergehung der Exception obscuri libelli, auf Beschein- und Gegenbescheinigung billig erkannt.

## IV.

*Interdictum unde vi & actio spoliū ad processum possessorium summarissimum non pertinent.*

**I**nter errores pragmaticorum hic saepenumero animadvertitur, quod possessorium summarissimum cum interdicto unde vi & actione spoliū confunditur & commiscetur; quae tamen invicem sollicitè separari oportet. Nempe possessorium summarissimum in locum interdicti uti possidetis surrogatum est, atque adeo, sicut illud saltem ad retinendam possessionem tendit, *L. i. §. i. Uti possidetis*, ac praesentem possessorem simpliciter tuetur, quaestionemque de iustiore & antiquiore possessione, si ea altioris indaginis sit, in aliud iudicium differt. Interdictum vero unde vi & actio spoliū ad recuperandam possessionem amissam datur. In possessorio summarissimo incertus possessor atque adeo periculum est, ne partes ad certamina & conflictus veniant. Igitur sine mora determinari oportet, quis possidere debeat. In interdicto autem unde vi ille ipse, qui vi deiecit dicitur, in praesens certo possidet, atque periculum pugnae & armorum transiit iam, nec tanta festinatione opus est, quantam interdictum uti possidetis desiderat. Neque obiici nobis potest, quod etiam in actione spoliū celeriter procedatur. Fateor hoc quidem. Sed minor est haec celeritas, quam quae in possessorio

C sum-

sumuariissimo adhibetur. In hoc quippe rotuli testimoniorum etiam a notariis confecti admittuntur, id, quod tamen in Electoratu Saxoniae nunc mutatum est, adversarius ad examen testimonii non citatur, reprobatio, nisi sponte & tempestive offeratur, negligitur, appellatio & cetera remedia suspensiva reiiciuntur; quae omnia in interdicto unde vi & actione spoli secus sunt. Pluribus hoc discrimen inter utrumque iudicium explicant *Lauterbachius in Collegio theoretico-practico lib. 43. tit. 17. §. 6.* & *Bergerus in Resolut. legum obstantium tit. VII. possidetis qu. 2.* Quibus I Cti Helmstadienses mense maio an. cl. 1600. adfenserunt, atque sic responderunt: Haben die Rosfische Erben die ihnen von Diet Keinen vorenthaltene Aecker ohne Widerstand in Besitz genommen, bestellet, auch 4. Wochen lang ruhig behalten. Weil aber Dit Keine endlich vor den Stadt-Gerichten dieserhalb Klage erhoben, so entsteht die Frage, ob bey dem angestelltem Iudicio possessorio sumuariissimo die Rosfische Erben oder Dit Keine sich eines obliegenden Ausspruches zu getrosten habe? Nun wendet zwar Dit Keine wider besagte Erben ein, es hätten dieselbe ihn in seiner ruhigen und etliche Jahr lang auf den streitigen Aeckern exercirten Possess turbiert, und dadurch wieder den L. 13. *Quod metus causa* und L. 7. *C. Unde vi* gehandelt, wannhero er zu Anstellung des interdicti uti possidetis oder possessorii sumuariissimi bewogen worden, auch ein obziesliches Urtheil darinnen erhalten müste, umb so viel destomehr, da einige Rechtslehrer mit dem *Menochio de Retinenda possessione remed. 3. n. 35.* in den Gedanken stehen, daß auch derjenige, welcher nicht mehr im Besitze ist, sondern von seinem Contrapart gewaltsamer Weise daraus gesetzt worden, nichts destoweniger obangeführtes Remedium anstellen könne. Alldieweil aber das Interdictum uti possidetis, oder

wie

wie es heut zu Tage genennet wird, processus possessorius summariissimus nur demjenigen, welcher noch würcklich besitzet und in seinem Besitze angefochten und turbiret wird, nicht aber dem, so die possession verlohren hat, zukommt, als welcher letztere das interdictum unde vi oder possessorium ordinarium anstellen muß, hingegen Dit Keine dadurch, daß er die Kossische Erben den Besitz der streitigen Aecker nicht allein ergreiffen, sondern auch 4. Wochen lang ruhig continuiren lassen, seine vormahls gehabte possess ohne Zweifel verlohren, demnach vermittelst eines remedii recuperandae possessionis oder possessorii ordinarii solche wieder zu erlangen suchen sollen, gleichwohl aber in seiner den 4ten May dieses Jahrs übergebenen Schrifft n. 3. ausdrücklich bezeiget, er verfire jezo leediglich in possessorio summariissimo, dessen Eigenschafft darinnen bestehet, daß derjenige, welcher den letzten actum possessorium ruhig exerciret, in dem Besitze so lange, bis der Contrapart in possessorio ordinario oder petitorio ein anders ausgeführet, geschützt werde, wobey denn auf die vitia possessionis, ob nemlich der gegenwärtige Besitzer seinen Besitz vi, clam oder precario erhalten, gar nicht gesehen, sondern dieses alles ad possessorium ordinarium verwiesen wird; So haben die Kossische Erben bey dem angestellten possessorio summariissimo sich eines obliegenden Ausspruches zu getrüsten.

## V.

*Quaestio spoli admisceri potest possessorio summariissimo.*

## VI.

*Per spoliolum aliquando non aufertur, sed turbatur saltem possessio.*

C 2

VII.

## VII.

**A** *sententia in possessorio summarissimo lata, qua simul restitutio spoli decernitur, appellari licet.*

**D**ixi ante, possessorium summarissimum ab actione spoli penitus diversum esse, atque huic tantum viam parare. Absurdum itaque videbitur, utrumque uno libello coniungi, quum diversa & contraria petitio amborum sit. Et fateor lubens, absurdam petitionem fore, si quis dicat: peto, ut in possessione defendar, & adversarius ad eam mihi restituendam damnetur. Sed est aliquod spoli genus, quo possessio non aufertur, sed saltem turbatur. Ut ecce: possidet quis agrum, in eum alius noctu intrat, fruges deimitit & auerit. Spolium frugum sine dubio commissum est, ipsius tamen agri possessio non ablata. Aliud idque frequentissimum exemplum in pignorationibus occurrit, quas qui patitur, eius possessio interpellatur quidem & turbatur, non vero aufertur, nisi post factam pignorationem quiescat atque ius suum exercere desinat. Poterit ergo, si non adqueiuit, possessorium summarissimum instituere, atque huic actionem spoli admiscere. Probata deinde possessione, probatum quoque est spolium, arg. *L. 1. §. 23. de Vi & vi armata*. Adde *Fachineum lib. 8. Controv. 9.* Et iudex super utroque sententiam fert. Ita Icti Helmstadienses mense maio anni cels. Is CC XVI. iudicarunt ex his rationibus: Es gewinnt das Ansehen, ob sey die von dem Closter eingewandte Appellation, da dessen Vorgeben nach die Icti Ienenses nicht auf das gar nicht in litem gebrachte possessorium summarissimum.

ma-



mariissimum, sondern auf die angestellte Spolien-Klage hätten sprechen sollen, allerdings zulässig. Alldieweil aber die Appellation in possessorio summariissimo weder nach den gemeinen noch Chur-Maynsischen Rechten statt hat, und denn gegenwärtiger Proceß lediglich das possessorium summariissimum betrifft, immassen die Parteyen eigentlich darüber streiten, wer von ihnen die letzte actus possessorios der streitigen Holzung exerciret, wie denn auch in dem Libelle selbst über turbation der possession geklagt wird, und das vermeintliche spolium eben der actus turbativus ist, welcher zu Anstellung gegenwärtigen Processes Gelegenheit gegeben, über dies das interdictum unde vi und die mit selbigem meistens übereinkommende Spolien-Klage anderer Gestalt nicht statt findet, es sey denn, daß derjenige, so spoliiret worden, seine zu Zeit des vorgegangenen spoliu gehabte possession klärllich darthue, folglich das possessorium summariissimum vor der Spolien-Klage ausgemacht werden muß, und, wenn jenes nicht erwiesen wird, diese von selbst hinweg fällt; So hat die eingewandte Appellation keine statt. Unum tamen est incommodum, quod ex huiusmodi coniunctione in victorem redundat. Scilicet appellatio & alia remedia suspensiva, quae alias in possessorio summariissimo exulant per *L. un. C. si de momentanea possessione*, & *Ordinationem recognitam processus Saxon. tit. 35. §. 1. tunc*, quum restitutio spoliu sententiae inferta est, excludi non possunt, quia istiusmodi sententia limites possessorii summariissimi egreditur. Ita iudicarunt Icti Helmstadiensis mense octobri anni cl<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> CC XXI. ex his rationibus: Es bemühen sich zwar Klägere, die Zulässigkeit der von Beklagten wieder das letzte gesprochene Urtheil eingewendeten remediorum suspensivorum zweyfelhaft zu machen, unter dem Vorwande, daß die Rechte dergleichen re-

media in possessorio summarissimo gänzlich verbleten. Allein da der gegenwärtige Streit nicht allein de retinenda possessione, sondern zugleich de restitutione des weggenommenen Holzes ist, und denn der punctus restitutionis eigentlich ad possessorium summarissimum nicht gehöret, folglich dieser Process etwas mehr, als das bloße possessorium summarissimum, betrifft; so haben wir obgedachte remedia zugelassen.

## CAPVT III.

DE

EXCEPTIONE  
SPOLII.

I.

**E**xceptio spolii in possessorio summarissimo locum non habet.

**E**quidem *Mevius P. 4. dec. 70. Rivinus in Specimine exceptionum c. 40. n. 2.* & alii exceptionem spolii in quacunque causa, etsi cum eadem connexa non sit, admittunt, & recte secundum *c. 2. pr. X. de Ordine cognitionum.* Natura tamen possessorii summarissimi exceptionem hanc respuit. Praeterquam enim, quod hoc dilaciones omnes, quae modo salva causa amputari possunt, excludat, restitutio spolii ad interdictum unde vi pertinet, cui processus possessorius summarissimus tantum

tantum viam sternit ac praeparat. Praeparatorium vero iudicium cum principali confundi non debet. Sic ICti Helmstadiensis mense februario anni cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> CCXIX. iudicarunt ex his rationibus: Noch ist die von Beflagten vorgeschützte exceptio spolii zu erörtern. Weilen aber Kläger das possessorium summarissimum angestellet, und, daß er in würcklichem Besiz die Dienste zu fodern stehe, behauptet, folglich vor Erörterung dieses processus possessorii man nicht wissen kan, ob Kläger zu pfänden befugt gewesen, oder ob er ein spolium darunter begangen; So habert wir auf diese Exception kein Absehen richten können.

## II.

*Exceptio spolii etiam in processu cambiali locum habet.*

Disputatum recordor, utrum exceptio spolii etiam in processu cambiali opponi queat. Id quod adfirmamus, quoniam secundum c. 2. pr. X. de Ordine cognitionum spoliatus ante restitutionem spoliatori non cogitur VLLATENVVS respondere. Accedit, quod exceptiones dilatoriae, si quidem in continenti probari possunt, etiam in processu cambiali admittantur. Vide Franckii Institutiones iuris camb. lib. 2. tit. 14. §. 1. sqq. & Ludovici Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 10. §. 2. Sic responderunt ICti Vitembergenses mense ianuar. anni cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> CC XI. Ist Titius nebst 20. bewehrten Männern in des Fürsten zu Caietan Cammer-Guth, Tusculanum, mit Einschmeiffung und Übersteigung der Mauern eingefallen, und hat den dasigen Verwalter Seium mit würgen schlagen, stossen auch sonst übel tractiret, endlich aber auf einen Wagen setzen und davon führen lassen; und, nachdem er ihn in eines

eines andern Herrn Land gebracht, allda in ein privat-Gefängniß geworffen, von dannen er ihn nicht ehe, als bis er Titium wegen einer Schuld-Foderung, darüber dieser einen Wechsel-Brief in Händen zu haben vorgiebt, befriediget, looß lassen will. Entstehet also die Frage, ob Titius hieran nicht unrecht gehandelt, und Seius zuvörderst in das Guth Tusculanum wieder eingesezet, auch, ehe solches geschehen, und ihm die verursachte Schäden und Unkosten erstattet worden, sich der Recognition des Wechsel-Briefes entbrechen könne. Ob nun wohl Titius das Wechsel-Recht, vermöge dessen ihm, seinen Schuldner in Haufft zu setzen, und darinnen so lange, bis er seiner Foderung halben vergnüget, zu halten vergönnet, vorschützen mögte, hiernechst die Rechte, daß ein vorgelegter Wechsel-Brief alsofort recognosciret oder eydlich difficiret werden solle, verordnen. Dennoch aber und dieweil solches Wechsel-Recht nicht durch angemastete privat-Gewaltthätigkeit, sondern vermittelst obrigkeitlicher Hülffe ausgeübet werden muß, dahingegen Titius ganz ohne gerichtlichen Beystand gewesen und sich lediglich seiner eignen Macht und unrechtmäßigen Gewalt gebrauchet, ferner ein durch einen Landfriedens-Bruch vergewaltthätigter, nach Inhalt der Reichs-Gesetze, vor allen andern Dingen in seinen vorigen Stand zu setzen ist, weiter ein spoliatus oder deiectus sich, ehe und bevor er nicht völlig restituiret, auf keine von dem violento deiectore erhobene Klage oder gemachte Foderung einlassen darff, welches alhier umb so viel desto mehr, da auffer der Deiection die Incarceration darzu kommen, statt finden muß; So ist Seius, ehe und bevor er so wohl die Restitution in das Guth Tusculanum, als auch die Erstattung der verursachten Schäden und Kosten erhalten, den Wechsel-Brief zu recognosciren nicht verbunden.

## III.

**E**xceptio spoli tunc locum non invenit, quando super spolio illo lis in alio iudicio iam pendet.

**E**quidem in *c. 2. pr. X. de Ordine cognitionum* exceptio-  
ni spoli tantum tribuitur, ut spoliatus ante resti-  
tutionem spoliatori non cogatur ullatenus respondere.  
Hoc tamen eo produci non oportet, ut, si de spolio lis  
iam alibi pendeat, eam per modum exceptionis in a-  
liud iudicium trahere permittamus. Fac ergo, spolia-  
tum actionem spoli iam tum in foro spoliantis insti-  
tuisse, deinde vero ab hoc spoliante in suo foro ex di-  
versa causa conveniri. Numquid huic exceptionem  
spoli obicere poterit? Non puto. Nihil enim  
tam iustitiam turbat, quam si eadem causa uno tempo-  
re apud diversos iudices ventiletur, *L. 10. C. de Iudiciis*.  
Quamobrem ICTi Helmstadiensis mense iulio anni  
clō 10 CCXVIII. replicam litispententiae adversus ex-  
ceptionem spoli admiserunt ex his rationibus: Es  
ist zwar nicht ohne, daß die causa possessorii vor dem pe-  
titorio ausgemacht, und ein Spoliatus, ehe er sich auf die  
Haupt-Sache einläßt, zufriedert restituiret werden müsse,  
und gewinnet es also das Ansehen, ob sey Beklagte, welche  
ohne des in possessorio bereits obsiegliche Urthel erhalten,  
ehe diese zur Exsequution gebracht werden, nicht schuldig,  
auf das petitorium zu antworten. Alldieweil aber Be-  
klagte selbst die causam possessionis und spoli bey einem  
andern Gerichte anhängig gemachet, und vor selbiges den  
Process darinnen bisher fortgesetzt, folglich ihr, da sie die  
Sache per modum exceptionis hieher ziehen will, replica  
D  
prae-

praeuentionis und litis pendentis im Wege stehet, gestallt denn dieses die limites iurisdictionis zweyer Iudiciorum nicht wenig turbiren und die Sachen confus machen würde, wenn man dasjenige, was in einem würcklich ventilirt wird, in das andere zu ziehen, verstattete, überdies nicht abzusehen ist, was der Beklagten daraus, wenn sie die Exsequution der in possessorio ausgesprochenen Urtheile bey dem Rathe suchet, und indessen alhier ihre Einreden gegen Johann Tengens väterliche Disposition einbringet, vor Nachtheil zu wachsen könne; So haben wir voriges Urtheil bestätiget, die Unkosten jedoch, weil Beklagte in possessorio wohl gegründet zu seyn scheint, und daher gegenwärtiges remedium einzuwenden Gelegenheit genommen, gegen einander aufgehoben.

## IV.

**E**xceptio spoli pro liquida non habetur, nisi intra quindecim dies probetur.

## V.

**V**bi non sufficit, probari factum ablationis, sed probari etiam oportet possessionem spoliati.

## VI.

**E**xceptio spoli illiquida non reiicienda est simpliciter, sed simultaneo processu tractanda.

**I**nter exceptiones frequentatur maxime exceptio spoli. Eam olim admissam fuisse, & litem principalem tantisper suspendisse, siue in continenti liquida esset, siue altio rem quaestionem haberet, constat ex C. 2. X. de Ordine cognitionum. Id vero deinde periniquum visum

sum Innocentio IV. P. M. uti re vera fuit, ab eoque in c. 1. *pr. de Restitutione spoliatorum in 6.* constitutum, ut spolium, si per modum exceptionis obiiciatur, intra quindecim dies comprobetur. Aequissimi huius capituli usus adhuc hodie superest, ut frustra ab aliquibus in dubium vocetur. Quin in Electoratu Saxoniae lex clara in *Ordinat. proc. vetere §. 5. & recognita §. 3.* terminum istum XV. dierum confirmat. Necesse tamen est, ut errorem, quem vulgus pragmaticorum circa hanc probationem spoli committit, detegam. Credunt nempe communiter, si probatio spoli intra 15. dies secundum legem exigatur, sufficere, ut saltem factum ablationis probetur. Quo probato, probasse se spolium putant, & restitutionem sine omni mora flagitant, ac iudicem, qui eam non decernit, imperitiae aut iniustitiae insimulant. Verum enim vero, probato ablationis facto, non est statim probatum spolium, sed ad hoc desideratur praeterea, ut ostendatur, rem, quae ablata fuit, in possessione eius, qui spoliatum se queritur, fuisse. Nam si auferens se possedisse dicat, atque alterum turbatorem vocet, quaestio spoli illiquida est maxime & altioris indaginis. Tunc itaque effectum suspensivum non habet. Video tamen, in eo peccari a iudicibus, quod exceptionem hanc, si ita comparata sit, simpliciter reiiciant aut separato iudicio super ea litigari iubeant. Oportebat, illi ex mente Innocentii IV. Pontificis effectum suspensivum saltem ab iudicari, disceptationem vero eius in eodem iudicio permittere atque terminare, ut saltem reconventionis vim habeat. Spolium quippe tunc etiam, quando difficilius probationis est, hoc tamen privilegium retinet, quod causa eius sine mora cognosci & restituo,

tio, quam primum fieri potest, decerni debeat. Sic Icti Helmstadiensis mense decembri anni clb Io CXXIV iudicarunt: Daß, der eingewandten Leuterung ungeachtet, das am 20. Septemb. 1714. eröfnete Urthel zu bestätigen sey, iedoch mit dieser Erklärung, daß Beklagte mit Erstattung der Unkosten zu verschonen, und die von ihnen vorgeschüste exceptio spolii zugleich nebst der Haupt-Sache auszumachen sey. B. N. W. Rat. dec. Beklagte haben sich der Einlassung auf das von Klägern übergebene Schreiben unter dem Vorwande eines an ihrem Hafer begangenen Spolii verwehret. Ob sie nun wohl die Schwarzburgische Prozess-Ordnung vor sich anführen, worinnen ein Beklagter von der Litis contestation befreyet ist, wenn er exceptionem spolii vorschüzet und zu deren Bescheinigung sich erklärt; Wannenhero es das Ansehen gewinnt, als ob voriges Urthel ganz geändert, Beklagte mit der Einlassung verschonet, und ihnen die Bescheinigung des angegebenen spolii auferleget werden sollen. Alldieweil aber die Bescheinigung dieses spolii viele Schwierigkeiten haben, und binnen den in Rechten gesetzten 14. Tagen nicht vollführet werden möchte, indem es eigentlich darauf ankommt, ob das Eigenthum und der Besitz des Feldes, worauf der weggenommene Hafer gestanden, Klägern oder Beklagten zustehe, diese Frage aber das eigentliche Objectum des angestellten Haupt-Processes ist, demnach, wenn über die exceptionem spolii absonderlich verfahren werden sollte, die Sache nur weitläufftiger, und aus einem 2 Processu gemacht werden würden; So haben wir es zwar bey der zuerkannten Einlassung gelassen, dabey aber Beklagte von Erstattung der Unkosten befreyet, und, daß die quaestio spolii zugleich nebst der Haupt-Sache ausgemachet werde, vor billig erachtet.

COROL-



## COROLLARIA.

## I.

**I**s, cui res nudis verbis tradita est, eam tamen, quamdiu ab alio possidetur, privata auctoritate occupare nequit, atque, si id faciat, spolium committit, arg. *L. 48. de Acquir. vel amitt. poss. L. 20. C. de Pactis.*

## II.

**I**s, cui dominus privatam occupationem possessionis permisit, tamen spoliator est, si potestate hac, invito domino, utatur, arg. *L. 38. de Pactis.*

## III.

**V**im etiam & spolium committit is, qui rem, absente possessore, occupat, & redeuntem possessorem non admittit, *L. 1. §. 24. L. 3. §. 14. de Vi & vi arm. L. 6. §. 1. de Acquir. vel amitt. poss.*

## IV.

IV.


**I**udicis auctoritas sine causae cognitione interposita spoliantem ab actione spolii non liberat, arg. L. 4. & 7. C. de Sententiis & interloc.


Ista corollaria omnia pluribus exponuntur a Praefide in Specimine CCVII. de Traditione & occupatione rei venditae medit.

1, 2, 3, 4, 5.



Wittenberg, Diss., 1731  
X 237 1957





1731  
445.  
12/ 18

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**S P O L I O**

QVAM  
P R A E S I D E  
**AVGVSTINO LEYSERO**  
IN AVLA REGIS POLON. CONSILIARIO  
IN ACADEMIA VITEBERGENSI ORDINARIO  
CONSIST. ECCLES. DIRECT. CVRIAE  
PROVINC. ET SCABINAT. ASSESSORE  
PRIMARIO

PATRONO ATQVE STVDIORVM PROMOTORE  
AETATEM COLENDO

AD DIEM IVLII M DCC XXXI.  
TVEBITVR

R E S P O N D E N S

**PAVLVS GVILIELMVS WEIDLICHIVS**  
ROCHL. MISN.

---

WITTENBERGAE  
EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESII.